



UNIVERSITETET I OSLO

DET HUMANISTISKE FAKULTET

EKSAMEN – LAT2403 HISTORIESKRIVERE

Dato: 8. desember 2010 (4 timer)

Uten ordbok

Oppgaveteksten består av to sider

Alle oppgavene skal besvares

Oppgave 1:

Oversett utdrag A og B til norsk

Oppgave 2:

Utdrag A er hentet fra Suetonius' biografi over keiser Caligula. Gi, med utgangspunkt i dette utdraget, en kort karakteristikk av Suetonius' måte å skrive biografi på.

Oppgave 3:

Av de to øvrige utdragene er ett hentet fra midten av Tacitus' Agricola, og ett fra slutten av samme verk. Bruk innholdsmessige samt stilistiske og språklige trekk til å plassere riktig utdrag på riktig sted.

Oppgave 4:

Diskuter den sjangermessige plasseringen av Agricola med utgangspunkt i de to utdragene.

Utdrag A

Animum quoque remittenti ludoque et epulis dedito eadem factorum dictorumque saeuitia aderat. saepe in conspectu prandentis uel comisantis seriae quaestiones per tormenta habebantur, miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significauimus, cum multos e litore inuitasset ad se repente omnis praecipitauit, quosdam gubernacula apprehendentes contis remisque detrussit in mare. Romae publico epulo seruum ob detractam lectis argenteam laminam carnifici confestim tradidit, ut manibus abscisis atque ante pectus e collo pendentibus, praecedente titulo qui causam poenae indicaret, per coetus epulantium circumduceretur.

Utdrag B

Si quis piorum manibus locus, si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnae animae, placide quiescas, nosque domum tuam ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri neque plangi fas est. admiratione te potius et laudibus et, si natura suppeditet, similitudine colamus: is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas. id filiae quoque uxori praeceperim, sic patris, sic mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque eius secum revolvant, formamque ac figuram animi magis quam corporis complectantur, non quia intercedendum putem imaginibus quae marmore aut aere finguntur, sed, ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt, forma mentis aeterna quam tenere et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis. quidquid ex Agricola amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum in aeternitate temporum, fama rerum; nam multos veterum velut inglorios et ignobiles oblivio obruet: Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit.

Utdrag C

Quod ubi cognitum hosti, mutato repente consilio universi nonam legionem ut maxime invalidam nocte adgressi, inter somnum ac trepidationem caesis vigilibus inrupere. iamque in ipsis castris pugnabatur, cum Agricola iter hostium ab exploratoribus edoctus et vestigiis insecutus, velocissimos equitum peditumque adsultare tergis pugnantium iubet, mox ab universis adici clamorem; et propinqua luce fulsere signa. ita ancipiti malo territi Britanni; et nonanis rediit animus, ac securi pro salute de gloria certabant. ultro quin etiam erupere, et fuit atrox in ipsis portarum angustiis proelium, donec pulsati hostes, utroque exercitu certante, his, ut tulisse opem, illis, ne eguisse auxilio viderentur.

